Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

SANSS

quoniam in ipo condita sunt uniuersa
in celis et in terra uisibilia et uisi
bilia sive throni sive dominationes
sive principatus sive potestates omnia
per ipm et in ipo creata sunt et ipse est ante
omnes et omnia in ipo constant et ip
est caput corporis ecclie qui est prin
cipium primogenitus ex mortuis ut
sit in omnibus ipse primatum tenens
quia in ipo complacuit omnem plen
itudinem diuinitatis inhitare et per
eum reconciliari omnia in ipsum pa
cificans per sanguinem crucis eius sive
que in terris sive que in celis sunt. Et
uos cum essetis aliquando alienati
a fide et in uitio sensu in operibus mal'
nunc autem reconciliauit in corpore car
nis eius per mortem ipius exhibere uos
sanctos et immaculatos et irreprehen
sibiles coram ipo si tamen permanetis
in fide fundati et stabiles et immo
biles a spe euangelii quod audistis
quod predicatum est universe crea
ture que sub celo sunt. Cuius factus
sum ego paulus minister qui nunc
gaudeo in passionibus pro uobis et
adimpleo ea que deficiunt passionum
cristi in carne mea pro corpore eius
quod est ecclia cuius factus sum ego
paulus minister secundum dispensatio
nem dei que data est mihi in uobis
ut impleam uerbum dei mistrium
cristi quod absconditum fuit a sec
lis et generationibus nunc autem ma
nifestatum est sanctis eius quibus uo
luit deus notas facere diuitias glo
rie sacramenti huius in gentibus
quod est cristus in uobis spes glie

quam nos annuntiamus corripientes
omnem hominem et docentes om
nem hominem in omni sapientia
spiritali ut exhibeamus omnem hom
inem perfectum in cristo iheso in quo
et laboro certando secundum opera
tionem eius quam operatur in me in
uirtute sua. II

Volo enim scire uos fratres qualem
sollicitudinem habeam pro uob
et pro his qui sunt laodicie
et quicumque non uiderunt faciem meam in carne ut consolentur
corda iporum instructi in caritate et
in omnes diuitias plenitudinis in
tellectus in agnitione mistrii dei pa
tris et domini cristi iheso in quo sunt
omnes thesauri sapientie et scientie
absconditi. Hoc autem dico ut nemo
nos decipiat in subtilitate sermonum
Etenim et si corpore absens sum sed spi
ritu uobiscum sum gaudens et in
tuens ordinem uestrum firmamen
tum eius fidei uestre. Sicut ergo
accepistis iheso cristum dominum
nostrum in ipso ambulate in ipso
operantes radicati et sup edificati
in ipso et confirmati in fide sicut di
didicistis habundantes in illo in gratiarum
actione. Videte ne quis uos decipiat
per philosophiam et inanem glam
fallaciam secundum traditionem ho
minum secundum elementa huius mundi
et non secundum cristum quia in ipo
habitat omnis plenitudo diuinita
tis corporaliter et estis in illo reple
ti qui est caput omnis principatus
et potestatis in quo circumcisi estis.